



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Baconi Baronis de Verulamio, Vice-Comitis S.  
Albani, Summi Angliæ Cancellarii, Opera omnia, Quæ  
extant: Philosophica, Moralia, Politica, Historica ...**

**Bacon, Francis**

**Francofurti ad Moenvm, 1665**

Historia Ventorum. Aditus, sive Præfatio.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10497643-5**

*Hi sunt, Materiæ Schematismi deversi, sive Formæ primæ Classis, Motus simplices, Summæ Motuum, Mensuræ Motuum, alia quadam. De his Abecedarium Novum consecimus, & sub finem hujus volumini collocavimus.*

*Titulos (cum ad omnes nullo modo sufficiamus) non ex ordine, sed ex delectu sumpsimus: quorum scilicet Inquisitio, aut propter usum erat gravissima, aut propter copiam Experimentorum maxime commoda, aut propter obscuritatem rei, maxime difficultus, & nobilis, aut propter discrepaniam Titularum inter se, latissime patens ad Exempla.*

*In Titulis singulis, post Aditum quandam, aut prefationem, statim Topica particularia, sive Articulus Inquisitionis proponimus, tum ad Lumen Inquisitionis presentis, tum ad Provocationem futurae. Domini enim Questionum sumus, Rerum non item. Neq; tamen Questionum Ordinem, in Historia ipsa præcise observamus, ne impedimento sit, quod pro auxilio addibetur.*

*Historia & Experimenta omnino prima partes tenent. Ea si Enumerationem, & seriem Rerum particularium exhibeant, in Tabulas consciuntur; aliter seorsum excipiuntur.*

*Cum Historia & Experimenta sapissime nos deserant, praesertim Lucifer illa, & Instantie Crucis, per quas, de veris Rerum causis, Intellexi constare possit; Mandata damus de Experimentis novis, quantum proficere animo possumus, apud id, quod queritur. Hac Mandata tanquam Historia designata sunt. Quidenim aliud nobis, primo viam ingredientibus, relinquitur?*

*Experimenti aliquia subtilioris Modum, quo usum, explicamus, ne Error subfit; utq; alios ad meliores, & magis exaltos modos excogitando, excitemus.*

*Monita, & Caniones, de Rerum Fallacijs, & qui in inquirendo, & inveniendo possint occurrere, Erribus, & scrupulis, afferimus; ut Phantasma omnia, quantum fieri potest, tanquam Exorcismi fragemu.*

*Observationes nostras super Historiam & Experimenta, subteximus, ut Interpretatio Nature, magis sit in procinctu.*

*Commentationes, & tanquam Rudimenta quedam Interpretationis de Causis, parce, & magis sugggerendo, quid esse possit, quam definiendo, quid sit, interponimus.*

*Canones, sed tamen Mobiles, sive Axiomata inchoata, quæ nobis inquirentibus, non pronunciantibus offerunt, prescribimus, & constituiimus. Utiles enim sunt, si non prorsus veri.*

*Utilitati humana nuncquam oblitus (licet Lux ipsa dignior sit iis, que à Luce monstrantur) Vellicaciones de Practica, attentioni & memoria Hominum subjecimus; cum nobis constet, talem, & tam infeliciem esse Hominum Supremam, ut quandoq; res ante pedes positas, nisi moniti, non videant, sed pretereant.*

*Opera, & Res impossibilis, aut saltem adhuc non inventas, que sub singulis Titulis cadunt, propinquimus; atq; una ea, que jam inventa sunt, & in Hominum potestate, atq; Impossibilibus illis, & non Inventis, sunt proxima, & maxime cognata, subiungimus; ut simul & Industria humana excitetur, atque animi addantur.*

*Pates ex antedictis, Historiam præsentem, non tantum Tertia Partis Instauracionis vices supplere, sed preparationem esse non contemnendam ad Quartam, propter Titulos ex Abecedario, & Topica; & ad Sextam, propter Observationes Majores, Commentationes, & Canones*

## HISTORIA VENTORUM.

### Aditus, sive PRÆFATIO.

**V**ENTI humana Genit; alas addiderunt. Eorum enim dono feruntur Homines, & volant; non per Aerem certè, sed per Maria; atque ingens patet ianna Commercij, & sit Mundus pervius. Terra autem (qua Genit; Humana Sedes est, & Domicilium) Scopæ sunt: Eamque, atque simili Aerem ipsum, euerunt & mundant. Attamen & Mare infamant, alioqui tranquillum, & immoxium; neque alias sine maleficio sunt. Motum, atq; opera humana, cunctum magnum, & vehementem; unde & ad Navigandum, & ad Molendinum, veluti Operarij conduciunt; & ad multo plura adhiberi possunt, si Humanæ non cesset Diligentia. Natura iporum inter secreta, & abditæ reponi solet: Nec mirum, cum ne Aeru Natura, & Potestas, cognita quoquo modo sit, cui famulantur, & parastantur Venti, ut (apud Poetas) Æolus Junoni. Primaria Creatura non sunt, nec ex Operibus sex Dierum; quemadmodum nec reliqua Meteora quoad Ætatum; sed Post-nati, ex Ordine Creationis.

## TOPICA PARTICULARIA;

### SIVE Articuli Inquisitionis de Ventis.

#### NOMINA VENTORUM.

1. **E**sribito Vento, ex diligentia Nautica, & imponito nomina ipsis sive veteris, sive nova, modo confiantia.

*Venti vel Generales sunt, vel Stati, vel Assecle, vel Liberi. Generales voco, qui semper flant; Statis, qui certis temporibus; Asseclis, qui frequentius; Liberos, qui indifferenter.*

#### VENTI GENERALES.

2. *An sint Venti aliqui Generales, atque ipsissimi Motus Aeris, & si sint, in qua consecutione Motus, & in quibus locis spirant?*

#### VENTI STATI.

3. *Qui Venti Anniversarij sunt, aut redeunt per vices, & in quibus Regionibus? An inveniatur Vetus aliquis ita præcisè Status, ut redeat regulariter ad dies certos, & horas, instar Æstus Maris?*

#### VENTI ASSECLE.

4. *Qui Venti sunt Assecle, & familiares Regionum; qui Temporum, in iisdem Regionibus; qui Venti, qui Æstivales, qui Autumnales, qui Brumales; qui Equinoctiales; qui Solstitialis; qui Matutini, Meridiani, Vespertini, Nocturni?*

5. *Quales*